



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1656

§. 113. Et osculatus est eum. v. 45.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

Deus meus, humiliabo me coram facie tua, deprecans petitionem meam exaudire digneris, ne confundas faciem meam cum accessero ad te.

§. 112. Et ait, Rabbi. 45.

Vocat ipsum Rabbi siue Magister, Doctor, factorum Professor, tamen eius non vult esse discipulus, nimirum politicus factus est Apostolus, melleo hoc verbo virus clam immitteret, nec putaretur venire tanquam hostis. Sed, o politice, putas te non obseruari ab omnia vidente oculo? putas dormire illum qui scrutabatur renes olim & corda? Noli hoc putare, nimis crasse agis personam politici, agis tamen ut putes, sed breui de se proturbaberis.

Domine Deus & Magister meus, video hic clare quod scholam discipulorum tuarum reliquerit Iudas, & apostatarit à te, en ego desidero & adire scholam tuam, capio esse discipulus tuus, audire sapientiam tuam, locus vacat ergo assume me obsecro, ad te, ad disciplinam tuam, ad scholam tuam, ut erudiar à te, beatus enim quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum; non dignitatis eius gradum peto, indignum enim eo me profiteri, scio etiam eum S. Matthiae iam esse à S. Petro tuo Vicario donatum cui melius deum congratulor: affecto autem & vnicè postulo pro modo gradum humilitatis, quæ docetur in schola tua Infima, ut secure laqueis fruatur cetera dona.

§. 113. Et osculatus est eum v. 45.

Nempe palam pacem cum Magistro loquens, & occultè ponens insidias, huius fictionis figura legitur in libris Machabæorum, ubi Tryphon Princeps loquebatur cum Iuda Machabæo verbis pacificis in dolo & comprehendit eum: *Va illis qui in viam Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt.* An non Iudas in viam Cain abierat tradens & fundens sanguinem non solum fratris sui innocenti sed & Dominici? an non errore Balaam mercede effusus est, pro mercede triginta gentium non tantum maledicens sed & malefaciens Christo? an non in contradictione Chore perijt, in contradictione scilicet apud Capharnaum, dicentium *durus est hic sermo &c.* quorum focus fuit Iudas, Pater Sacramentarium. Attendamus ne & nos simus de eius sectatoribus, de illis qui osculo filium hominis tradunt: tales autem sunt, non solum qui pacem loquuntur cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, qualium magnus est in orbe numerus. Sed etiam tales sunt non solum qui indigne ad Sacramentum Communionis accedunt, non præmissa debita scelerum agnitione & cor-
sellis

essione. Hi enim quasi osculum præbent filio Dei, & eum peccatis suis iterum crucifigendum tradunt. O quam multi de hoc numero Sacerdotes, & quam multi fideles qui magna parte vitæ vix semel digne accedunt, eandem quam Iudas intulit, iniuriam renouantes. O quoties Domine à mille sexcentis annis hanc patienter iniuriam tulisti, poteras vel Helix ignem vel Ananix subitam mortem, vel Elymæ cæcitatem eis infligere ad ultionem, sed maioris charitatis ignem in cordibus eorum accendere ad conuersionem, si attendere vellent. Hæc est benignitas tua quam etiam testatus es erga Iudam: sed quoniam non recusasti proditorium & fallax osculum faciei tuæ, quanto magis confidimus te non repudiaturum miserorum peccatorum resipiscenciam, confessionem & penitentiam.

Domine, ipse Baptista sibi indignus visus est, qui vel corrigiam calceamenti tui solueret; Sanctis Regibus satis fuit, pedes vix nati pueruli lambendo osculari, Magdalene retro stanti iucundum erat plantas tuas tergere, quomodo igitur iste proditor contemptis pedibus mox os augusti illud ac sacrum profano suo ore irruit? Impudens igitur fuit valde iste Iudas, qui sic se cum Domino gessit, abige obsecro Deus inuerecundiam, & impudentiam longe à me & tuis fidelibus.

§. 114. *At illi manus iniecerunt in Iesum. v. 46.*

Viso simbolo seu signo à Iuda proditore edito, milites instar apum & caurorum pinguium accurrunt, irraunt, pungunt, rapiunt, trahunt, trudent, gladios vibrant, nemo non vir videri intendit, incitatus gloriola, & spe gratiæ ineundæ cum Principibus, à quibus missi erant.

O Bone Iesu, quam longè à te est, vt vel fur vel latro esse possis? qui cuncta bona largiris supplicibus tuis, & tamen modo ita tractaris ac si eiusmodi esses nefarius homo. Itaque animaduerto quod alienam culpam tuas, non tuam, vel certe hi tui inuales sunt ipsi fures & latrones, sine causa te vellentes & capientes, per hanc igitur manuum iniquarum iniectio- nem in te, obsecro salua me, & ignosce quod moraliter manus violentas aliquando etiam inieci in te, tuam voluntatem offendendo, vel etiam sacrosanctum corpus tuum in Sacramento indigne tangendo, & da gratiam ne vnquam ullo modo malo iniiciam cum his latronibus in te, manus.

§. 115. *Et tenuerunt eum. v. 46.*

Captivum, ligatum funibus & catenis onustum, verberibus, plagis, pugnis, fustibus, liuidum, iniurijs, contumelijs varijs & multis faturatum tracturi ad Iudicium, tenent lupi agnum, sistendum mox ante leones, canes &

K 2

nes &